



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXV. Maii. S. Gregorivs VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S GREGORIUS VII. super quem verè primi Gregorij requieuit spiritus, natione Tuscus: Patrem habuit nomine Bonicum, & ipse *Hiltebrandi* sortitus est in baptisino vocabulum. Puer adhuc commendatus est Abbati S. MARIE in Auentino monte liberalibus scientiis instruendus. Adolefcens verò ad monasterium Cluniacense se contulit. Inde post aliquot annos Romam rediturus, in aula Henrici III. moratus est, de quo Imperator aiebat: *Nunquam se audisse hominem, cum tanta fiducia Verbum Dei predicantem.* Romæ verò invidorum stimulis actus in partes Germaniæ & Galliæ ire statuit: Verùm, tri-nà S. Petri apparitione, vterius progredi vetatus, mortuo Damaso II. à Leone IX. Subdiaconus ordinatus, monasterio S. Pauli desolato prælatus, eiusq; apparitione confortatus, illud reformauit. Inde Archidiaconus Ecclesiæ Rom. factus, in partes Galliarum directus, Simoniacos eliminauit, miraculisq; pluribus coruscavit. Cultor verò Deiparæ singularis cum existeret, eidem coram imagine D. Virginis preces fundenti, eadem imago aliquando lachrymari, aliquando etiam arridere visa est. Demùm post mortem Alexandri Papæ II. Pontifex renunciatus est X. Kal. Maij. A. C. MLXXIII. cuius celebrantis humero dextro insidere visa est columba de cælo descendens. Magnis insuper æstuans febribus ope Deiparæ conualescit. Ipse plurimis miraculis claruit. Henricum Imp. ne Episcopatus, & aliæ prælaturæ pretio conferrentur, admonuit, sed frustra: nam potentium factione carceri inclusus, atq; à populo liberatus. Henricum imperio priuat, & Rudolpho subrogato, Henricus Gilbertum Rauennatem Pseudopapam eligi curat. Gregorius ab eodem Romæ obsessus, à Guiscardo Normanno liberatus Salernum perducitur. Vbi cum Ecclesiæ annos XII. in summa, & difficili temporum varietate, assiduis calamitatibus ob Ecclesiasticam libertatem, cuius acerrimus defensor fuit, afflictus demum sancto sine quieuit, non sine bonorum mœrore, ob eius eximias virtutes, & assiduam viduarum, pupillorum, & pauperum curam. Salerni sanctè decubuit: A. D. MXXCV. VIII. Kal. Iunij. *Ex eius vita apud Plat. & Paul. Bernried.*



S. GREGORIVS VII. P. M. ORD. S. BEN.
 Ecclesiasticæ libertatis promulgator ac defensor acerrimus. cuius
 celebrantis doctro brachio columba insinare. C. B. V.
 imago arriatere, aliis etiam lacrymari Visa. Obijt
 XXV. May. A. C. cl. XXXV. +

Handwritten notes in red ink on the book's spine:
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

VQVA 2

XXVI. MAIL